

die ac nocte corda eorum curis et sollicitudinibus,
turbis uanarum aut malignarum cogitationum et amara
conscientia peccatorum. Exagitantur precipitantur nec fu
rore iracundie. nec ardore libidinis. nec diuiciarum
cupiditate. nec honoris appetitu. qui sunt precipui
canes. quibus diabolus suique satellites uenantur ani
mam huic mundo deditam. nec requiem eam ha
bere concedunt. Cui bene competit illud prophete. Habita
uit inter gentes nec inuenit requiem. Et illud.
Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.
Si qua igitur felix anima suam intelligens agitationem
uam sibi requiem inuenire desiderat. egrediatur de
finibus tyri et sydonis. requirat ihesum datorem quie
tis. cuius est grata commoratio non in tyro et sidone
sed in partibus tyri et sidonis. hoc est in circumiacenti re
gione in eorum uidelicet conuersatione qui scilicet prauitata
tibus se exuerunt et mente quieta domino uacant. cuius spiritus
requiescit super humilem et quietum et trementem uerba
eius. Exeat inquam anima illa fatigata ue naci one sacha
ne. et clamet ad ihesum. Miserere mei domine fili dauid.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Martinus-Bibliothek – Wissenschaftliche Diözesanbibliothek im Priesterseminar
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/mbm_hs42/0201